



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tractatus De Brevissima Ad
Perfectionem Via: Hoc Est, De Perenni divinæ voluntatis intentione,
executione, apprehensione

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066340

Considera V. Quid exigit à nobis Voluntas Dei?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45352

bere hunc Doctorem! quæ felicitas eundem sequi.

2. Discam, quæ debetur gratitudo divinæ voluntati, quæ me in omnibus etiam vilissimis actibus meis dirigit per seipsam.

3. Discam, Amorem honesti, & ordinis, & regularum. Voluntas Dei tam ordinem amat, ut se totam occupet in ordine inducendo, perturbatione vero ordinis excludendâ. nullam actionem relinquit sine regula.

Hinc 4. discam, omnem regulam quamcumque non metiri ex objecto, de quo est, sed ex auctore, à quo est. Regula illa, quam despicio, Dei voluntas est, & hoc audeo?

5. Discam, summam esse felicitatem regi voluntate Dei, & ipso Deo: summam miseriam esse, recedere à voluntate Dei, quia est recedere à Deo; summam esse stultitiam, eâ uti nolle; quia hoc est Deo uti nolle. Atque id tam in parvis, quàm in magnis rebus, quia eadem est in omnibus Dei voluntas, esto non eadem quæ vult; non est autem injuria objecto & rei volitæ, sed ipsi volenti, & voluntati; quod diligenter notandum est parvarum legum contemptoribus, in Religione, in Republicâ, in Conscientiâ.

CONSIDERA. V. *Quid exigat à nobis Voluntas DEI?*

131.

Primo. Exigit à nobis voluntas Dei cognitionem, ut scilicet eam perfectè sciamus, quantum ad officium, statum, ætatem, occupationes nostras attinet. Hoc enim sublatô, frustra sunt reliqua. Hinc fons perditionis humanæ, Ignoratio voluntatis divinæ: ad eam tollendam ipse

Deus
sua e
quid
tum
crebr
meant
aliosc
Sa
rem &
cujus
Causa
Dign
Jesu
rerum
hujus
nobis
essenc
trum
Neces
mur
Ti
tium
prodi
quod
trudit
hoc r
ut sci
sua v
tolle
prom
Nihil
pram
vult c
Et q
Deus

Deus homo factus est, & Magister voluntatis suæ esse voluit, docuitque quid credi Deus, quid fieri vellet à nobis; docuit non verbo tantum, sed etiam exemplo. Ex hoc concludam crebro regulas officii mei, status, occupationum mearum relegere, expendereque me debere, aliosque ad id inducere.

Secundo. Exigit voluntas Dei à nobis Amorem & Estimationem sui super omnia, quæcunq; cuius exemplar habemus in Deo & Christo. Causæ amoris hujus patent ex prædictis satis. 1. Dignitas hujus voluntatis. 2. Exempla DEI, Jesu Christi, Sanctorum, beatorum in cælo, rerum inanimatarum. 3. Utilitates sive effectus hujus voluntatis, quos in Deo, in Christo, quos nobis & in nobis facit: ut quod illa principium essendi nobis est Mater, Regina, Regula, centrum, omnium perfectionum compendium. 4. Necessitas: volentes enim nolentes illi obsequimur, ut supra dixi. Conf. 4. n. 3.

Tertio. Exigit à nobis voluntas Dei exercitium & usum sui. Ad hoc enim est: ad hoc se prodit: non enim gratis vult, sed ideo, ut sit quod vult. Ad hoc se manifestat & plane obtrudit infinitis viis & modis, ut exerceatur. Ad hoc minatur ingentes miseras neglectoribus sui, ut scilicet non negligatur. Nihil punit Deus, nisi suæ voluntatis contemptum & quantum punit? tolle hunc, infernus non erit. Ad hoc præmia promittit, sibi obsequentibus, ut sibi serviatur. Nihil coronat, nisi sui executionem; quibus præmiis? tantis, quantis ipsa vult, tantis autem vult quantis potest: ipsius enim velle est posse. Et quis Tibi non serviet voluntas sancta! Voluntas

132.

133.

112
xi
usca
: I
V

luntas magna! O me millies contingat mori prius, quam Tibi in puncto, & apice non conformari!

Reliquas Considerationes, nihil attinet me repetere, ne actum agam, dictumque dicam, vide supra Cap. 13. Cap. 8. & sup. Cap. 13. Cap. 14.



G. 13
G. 13
op. 13
Tom. 1
N. 1
56